

Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam
Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In
Qvibvs Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo
Continentvr Et Explicantvr ...

Tomás <de Jesus>

Coloniæ Agrippinæ, 1684

Capvt II. Qualiter à Visitatore debeat fieri generalis inquisitio, atque De
initio, aliisque præambulis Visitationis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38601

C A P V T . II.

Qualiter à Visitatore debeat fieri generalis inquisitio, atque

De initio, alisque preambulis
Visitationis.

Accedens Visitator ad Conventum, ut il-
lum visitet, non patiatur se extraordinario
apparatu recipi, nec præter ordinariam com-
munis vitæ rationem in viæ, & vestitu sibi
quidquam parari permittat: gravitatem præter-
tim in actu visitationis ita reineat, ut anchorita-
tem, quam ejus manus postulat, servare possit.

*Methodus traditur in visita-
tione obser-
vanda, à quibus
singule
visitato-
ribus.*

Primo post adventum die, Missam de Spiritu
sancto, reliquis diebus orationes pro salutari vi-
sitatione fieri mandabit.

Non statim visitationem exordiat: sed ut
Constitutiones nostre & statuant, prius per aliquot
dies se omnibus communicandum exhibeat,
singulos alloquens insigni charitatis demonstra-
tionem, ut omnes fidenter ad eum recurrere audieant: omnia præterea occulè circumspiciat, &
patrem potius, quam judicem se exhibeat, præ-
terit ubi monastica viget disciplina; cum ibi
admissæ non tam malitiae, quam fragilitati, fre-
quentius adscribendæ sint.

His prædictis Capitulo manè convoker, &
dicto hymno, *Veni Creator, &c.* plenam charita-
te exhortationem habeat, in qua omnes ad per-
fectionis studium adhortetur: moxque præcep-
to secundum formam Constitutionum impo-
sito, qualiter se in eius executione gerere de-
beant, (si opus fuerit, ne Charitas offendatur)
admonebit, siveque Capitulo finito dimittet om-
nes ad cellas.

Incipiat visitationem à Templo, cujus ostio
clauso videat, quomodo custodiatur Sanctissi-
mum Sacramentum, & sacrum infirmorum
Oleum, & Sanctorum Reliquias visitabit; nihil
tamen ex illis auferet: fides quoque Confessio-
norum, & alia, quæ tam in Templo, quam in Sa-
cristia ad divinum cultum spectant, inspiciet. Vi-
sitabit etiam omnes officinas, pricipue Infir-
mariam, infirmosque consolabitur, & si quid
defit, ab Officialibus sciscibatur, ac de medio
providebit, & si quid superfluum offendit, re-
legabit; super omnia de spirituali Conventus, &
singulorum Fratrum progressu investigabit:
quod ut præster, vocet omnes sigillatim, & or-
dine, quo ei magis convenienter videbitur: & seorsim
omnes & singulos juxta catalogum infra-
ponendum, memoria potius, quam scripto in-
terrogat, & que advertenda judicaverit, ea bre-
viter scribat.

In hoc examine incipiat à Priore, à quo petere
debet, ut ea, qua de statu Conventus, aut de
Religiosis, aut de qualitatibus eorum noverit,
sibi sincere referat. Præterea ab ipso brevem
uniuersalique Religiosi informationem acci-
piat: deinde incipiens ab antiquioribus, singu-
los vocet eo ordine, quo magis ei convenienter vi-
debitur, eosque interrogat, juxta formam five
catalogum inferiorum præscriptum; sed in his in-
terrogationibus se omnibus amabilem exhibeat,
& benevolum, ne alicuius mente mali-
ficio suscipio-

subeat, quod ob sinistras aliquas informationes
minus hilarem vultum ei ostenda: singulofque
ad se venientes benignè recipiat, & patienter au-
dia; raro tamen in confessione sacramentali, sed
si opus fuerit, ad alium confessarium remittat: ha-
oc autem exâmine præstanto expedit, ut si fol-
lus sine secretario, & visitari liberius aliorum
defectus audeant revelare.

Visitationes præteritas, ac decreta, five man-
data eis ab aliis Visitatoribus imposita petat, &
de eorum observantia diligenter inquirat.

Libertatem, fidemque in manifestandis his,
quæ ad fructuosam visitationem spectant, omni-
nino tueatur, ita ut quisque sine gratia, & sine
metu, quæ sibi opportuna videbantur, pœna-
ciat; si quis autem deprehensus fuerit aliud de-
terrere, aut quavis ratione impedit, quo minus
ad ipsum liberè quidquam deferratur; aut vero ei,
qui aliqua derulit, quidquam objice; & pro ta-
tione culpæ ab ipso graviter puniatur. Horum
omnes ad veritatem sincerè dicendam; ne fu-
ceant, ipsi danno, quod forsitan contra com-
mune Religionis bonum eveniet, impuniter sic
autem rerum veritatem inquirat diligenter, ut
nequaquam exigat ab aliquo, quod per sacram
doctrinam, nec ipse exigere, nec alii ipsi propa-
lare possint; ad quod præstandum, proxim Visi-
tatoris ex sacra Theologia diligenter collectam,
& infertus positam, ad unguem (ut ajunt) obser-
vabit: Quæ autem inquirere debeat ad spiritu-
lém profectum Conventus, ex subiecto catalogo
colligere poterit.

C A P V T . III.

Catalogus eorum, quæ in visita-
tione possunt pro communi Reli-
gionis, seu Conventus
utilitate.

In nostra quidem Religione, ac similiiter in
aliis, ubi expedit videbitur, sequentia inqui-
ret. 1. Si quid contra DEI legem acciderit, præ-
cipue, an sit aliquis defectus in charitate, & an
inter Fratres pax & concordia vigeat? 2. De ob-
servantia trium votorum Obedientie, Casti-
tatis, Paupertatis. 3. An erga Superioris amor,
& debita obedientia obseretur, & an in aliquo
inobedientia, vel proprietatis vitium, aut aliquid
patrum honestam noverit? 4. De accurata no-
rrata Regulæ observantia querat, maximè de stu-
dio Orationis mentalis, ut de præcipuo Instru-
mento scopo: & an ad illam, & alios Chori, five
Communitatis aësus ferventer accutur. 5. De
officio divino, an studiosè, & cum debita pa-
sa persolvatur? 6. De aliis Regula articulis, ut
de jejunis, de abstinentia carnium, de silencio
maximè post Completorium. 7. De jugi in cel-
la mansione sedulo petat, & an sapè extra Clau-
strum prodeant? & de nimis cum sacerdotibus,
principiis cum feminis familiaritate, & conver-
satione, tam intra, quam extra domum? 8. Ser-
venturne exactè propriæ Constitutiones, Cere-
moniae, Decreta, & Ordinationes à Superioribus
traditæ? 9. An Praelatus vitam commonem
cum aliis, ita ut sanus cum sanis, infirmus cum
infirmis, ac æqualitatem, tam in viæ, quam in
vestitu,